

**2634** deo | sancto | Aulisvae | Fl. Cassianus praefect. alae | explora|torum | Pomari|ensium<sup>1</sup> | S[eve]rianae.<sup>2</sup>

*Tlemcen in Mauretania (VIII 9906 vidit Wilmanns). — 1) Alius praefectus eiusdem alae exploratorum eodem loco posuit titulum VIII 9907. Pomariensium nomen videntur hi exploratores traxisse ab eo ipso loco, huic enim nomen fuit Pomaria vel Pomarium (VIII 10465, 10470, Mo. ib. p. 847). — 2) Vocabulum erasum legit Wilmanns.*

**2635** . . . . . [l]eg. Aug.<sup>1</sup> in c[u]neum Frisionum<sup>2</sup> Aballav|ensi|um<sup>3</sup> Philip|p.<sup>4</sup>, XIII kal. et XIII ka. | Nov., Gor. II et Pompei[ano] | cos., et Attico et Pre[te]xtato cos.<sup>5</sup>, v. s. l. m.

*In Angliae regione Cumberland rep. loco dicto Papcastle, non longe a vallo Hadriani (VII 415 cf. Eph. ep. 5 p. 150 descr. Bruce). — 1) Translatus fortasse a legato Augusti in numerum Frisionum fuit is qui hunc titulum posuit. — 2) Conferendus est titulus quem numinibus compluribus posuerunt Ger. cives Tuihanti cunei Frisiorum ver. ser. (?) Alexandriani (Eph. ep. 7, 1041), quem vide infra inter titulos sacros. Dixit de cuneis Mommsen Herm. 19 p. 231 seq. — 3) Aballava memoratur in notitia Dign. occ. p. 414, ut sedes praefecti numeri Maurorum. — 4) Philipp. vocabulum erasum, sed legi potuit. — 5) 19 et 20 Oct., a. 241 et 242.*

**2636** imp. Caes. M. Aurelio | Severo Antonino Aug., bur|gum speculatoruni<sup>1</sup> Anto.<sup>2</sup> | M. Val. Senecio<sup>3</sup> leg. eius pr. | pr. c. v. fieri iussit, c. a.<sup>4</sup> C. Iulio Ae|llurione γ leg. III Aug.<sup>5</sup> Anto., prae. n. H. Ant.<sup>6</sup> (*supra et iuxta, diversa manu*) bis posuit Caletamera in tepore suo.

*In Numidia, inter Batnam et Biskram loco dicto el-Kantara (VIII 2494 vidit Wilmanns). — 1) Non longe ab hoc titulo stetit titulus VIII 2495 pertinens ad burgum speculatorum (sic) inter duas vias ad salutem commeantium constitutum. — 2) Antoniniani dicti speculatores a Caracalla. — 3) De hoc legato Numidiae cf. supra N. 4462. — 4) Curam agente. — 5) γ leg. III Aug. erasum, sed legitur. — 6) Praeposito numero Herculis (?) Antoniniano (numerus Herculis videtur memorari in titulo eiusdem regionis VIII 2496).*

## Centuriones.

**2637** M. Helvius M. f. Cam. Rufus | Civica<sup>1</sup> prim. pil. | balneum | municipibus et incolis<sup>2</sup> | dedit.

*In oppido Vicovaro, ubi fuit Varia, octo milibus passuum a Tibure (XIV 5472 descripsi). — 1) Hic est Helvius Rufus qui miles gregarius anno p. C. 20 in Africa apud Thalam castellum forliter se gessit et a proconsule torquibus et hasta, a Tiberio corona civica donatus est (Tac. ann. 5, 21 cf. Gell. 5, 6, 14), postea, ut ex hoc titulo apparet, ad centurionatum promotus et a civica corona Civica appellatus (merum agnomen esse Civicam etiam inde colligitur, quod non cum nominibus in v. 1, sed cum titulo primipilaris in v. 2 coniunctum est). — 2) Municipes et incolae videntur esse municipii Tiburtini, ex quo, teste tribu Camilia, oriundus fuit Helvius Rufus; quamquam etiam Varia fortasse fuit municipium.*